EVROPA, Quamuis præcipuas terrae partium minima, magis tamen eſt, quam reliquæ, habitata et populoſa, nec minus etiam culta; Hinc, partim ob terræ excellentiã, partim, ob Gentiũ frequentiã, copioſo rez omniũ prouetu felix, fructuũ, herbaz medicaz, vini, frumẽtiq; abundãtia, cuiuſuis etiã metalli prouẽtu gaudẽs; Aëre benigno fruitur, Pecudum mitium ditiſsima. Ingenia gignit ad quaſcunque artes, ad Rempub. gubernãdã, ad arma etiã tractãda, peridonea. Hinc Plinius lib. 3. Eã altricẽ victoris omniũ gẽtium populi, Terrarumq; pulcherrimã nominat. Reſpub. opulẽtas, Regna ampla, Chriſtiana religione culta: Atq; adeo, Ro: Imperiũ ambitu ſuo cõplectit. Inſulis demũ nobiliſſimis, ornatã capitis coronã, poſſidet.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/?grafik=graph-a1-2384c